

ANNALIVM LIBER I.

19

patieris Cæsar non adesit^a caput reipub? Scaurus quia dixerat , spem esse ex eo , non irritas fore senatus preces,^b quod relationi consulum, iure tribunitiæ potestatis,^c non intercessisset. In Haterium statim inuectus est. Scaurum, cui^d implacabilius irascebatur,^e silentio transmisit. Fessusque clamore omnium , expostulatione singulorum , flexit paulatim , non ut fateretur suscipi à se imperium , sed ut negare , & rogari desineret. Constat Haterium, cùm deprecandi causa palatiū introisset , ambulantisque Tyberii genua^f aduolueretur , prope à militibus interfectum , quia Tyberius casu , an manibus eius impeditus , prociderat. Neque tamen periculo talis viri mitigatus est , donec Haterius Augustam oraret , eiusque^g accuratissimis precibus protegeretur. Multa patrum & in Augustam^h adulatio ,ⁱ alij parentem , alij matrem patriæ appellandam , plerique ut nomini Cæsaris adscribentur ,^j Iuliæ filius , censebant. Ille^k moderandos fœminarum honores dictans , eadémque se^l temperantia vsurum in his , quæ sibi tribuerentur ,

O B S E R V A T I O N E S.

a Princeps est caput Reip.

b In senatu sententiae de eo dicebantur quod Consules ad cum retulissent. Retulerant autem , ut ex his verbis colligitur , ut S. C. fieret , quo S. C. Tiberius renunciaretur princeps . cui relationi poterat is , cum Tribunus plebis esset , intercedere , hoc est , impedire quominus sententiae ea de re dicterentur. id quod cùm non fecisset , aperte satis qua mente esset , declarabat ; nam principatum adipisci flagrantissime cupiebat. Stulte itaque Mamercus Scaurus , qui arguit id à Tiberio , cùm posset , non esse factum , quod sā factum esset , hoc est , si relationi Consulū ab ipso intercessum esset , princeps non foret . nam his verbis articul Tiberij , quam is occulere summè studebat , in apertum profrebat. Itaque prestat omnino tacere , quam ea coram principe , aut de principe loqui , præferim non necessaria , quæ possunt illius animam sufficacem perstringere.

c Qui remp. opprimit , huius verba sunt modellū plena , ceterū nihil committat quominus ad id , quod vult , pertinat. atque imitetur Tiberium , qui in senatu variè differebat de magnitudine imperij , censebatque in ciuitate tot illis tribus viris subnixa non ad unum omnia deferri oportere . qui tamen cùm cōjiles de eius principatu ad senatum retulissent , ei relationi nequaquam , cùm posset , intercessit.

d Χρειστον γέρη βασιλεὺς , inquit Calchas Testorides apud Homer. Ιλια. a. ὅπε χάρεται ἀνθροί χέρνι , εἰ τόπος γέρη περγαλον γε ἐπ' αὐτῆμαρ κεταπέ λη , Αλλὰ γαρ γε μετόπι θεοί εχαντον ὁρέας εἰ τὴν ευστολην πλανισμενοι , nam cui principes implacabilius inserviantur , cum hoc non verbis disceptare solent ; sed odium usque è alto condunt peccatore , quoad circumuentendi , perdendique hominis tempus ad sit. Itaque obseruandum est ; factis , aut verbis semel offendit principem vix inquam mitigari.

e Accuratis matrum precibus filij valde mitigari solent.

f Adulatio non modo personam principis , verum etiam eos omnes , qui auctoritate apud ipsum plurimum possunt , circunstat.

g Incute principatu nullus adulandi modus est.

h Summi honores qui fœminæ , atque adeò matri principis tribui possunt , hi sunt , nempe , ut parentes , materue patriæ appelletur ; aut ut nomini principis adscribatur , N. filius.

i Qui impotentem animum gerunt , cuiusmodi solent esse fœminæ , his non plus honorum , & potestate tribui , quam capere possunt , debet.

k Nouus princeps in ijs honoribus , qui sibi tribuuntur , magna temperantia uti debet.

Sic lib. 4. his
inde gravis
mutatae , quas
Antonius fini-
plicavit. Maria-
nus calidæ cō-
que implacabilius
nuntiebat.

Sic lib. 4. his
ex plebe Ale-
xandrina qui-
dam oculorum
tabe notus ge-
nitus eius adno-
luitur . sic Pa-
tero , lib. 2. hic
flor. genibus
eius adulutus
est.